



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Ioannes Abbas Blandiniensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

IDA VIDVA.

FVit ea Comitissa Boloniensis ad Oceanum in tractu ^{13. Apr.}
 Caletano mater Godefridi Bullonij & Balduini Re-
 gum Hierosolymitanorum: quæ in Flandriæ Monaste-
 rio Wastensi iacet sepulta virtutibus & miraculis clara.
 Ad hunc locum petierat ipsa Monachos quosdam mit-
 ti, à beato Hugone Cluniacensi Abbate. Plura vide apud
 Iperium in Chronico manuscripto Bertinensi, & apud
 Ioannem Becanum libro primo Originum Antuerpien-
 sium. Idæ pietas ac liberalitas erga Monachos Affli-
 gemienses in Brabantia ex eo satis diplomate agnosci-
 tur, cuius partem apud Miræum habes hâc die in fastis.

IDABERGA VIRGO.

EIus meminit Gazæus in sanctis dicecesios Ipranæ
 Enarratque Reliquias eius allatas cum corpore fan-
 cti Oswaldi ex Anglia ad Monasterium sancti Winoci
 anno Incarnationis Domini 1038. per Balgerum eius-
 dem Cœnobij Religiosum.

IOANNES

Abbas Blandiniensis.

Defuncto beato Florberto primo Blandiniensis Cœ-
 nobij Abbate, successor ei datus est per sanctum
 Amandum Blandinij fundatorem Ioannes vir religio-
 ne ac moribus venerandis. Vitam eius ampliorem in
 serie Abbatum Blandiniensium Antiquitatibus Ganda-
 uensi-

uenibus infectam inuenies. Obiit Ioannes anno 658. vti in suis quoque fastis è manuscripto Gandauenſis Cœnobij Chronico Miræus annotauit.

I A C O B V S L A C O P I V S M A R T Y R .

9. Iulij. **D**E Iacobo Lacopio martyre vide Miræum hęc die, vbi de Martyribus anno 1572. passis Gorcomij Hollandiæ ciuitate agit. Fuit Lacopius natus Aldnarda, & Ordinis Præmonſtratenſis Religioſus. Illorum Martyrum hiftoriam fuſè & eleganter ſcripſit Gulielmus Eſtius Theologus Duacenus, compendioſè Petrus Opmeerus cum notis Henrici Sedulij Franciſcani.

I R E N Œ V S

Tornaci.

20. Iun. **A** Gazæo in Sanctis eiufdem diœceſis fuiſſe perhibetur auus Diui Eleutherij Epifcopi Tornacenſis, vir potens & opulentus, paſſuſque martyrium paulo poſt mortem ſancti Piaty, vt in vita eius legitur. Eius tamen neque Miræus neque Molanus in natalibus meminit.

I L E R I V S E P I S C O P V S .

Brugis.

14. Oct. **Q**ui eſcit Brugis ad S. Donatianum, cum Reliquiis D. Maximi eo allatus, in vna capſa cum eo continetur, in cuius ſuperiori parte ſculpti ſunt Epifcopi duo cum ſubſcri-